Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sextus. 235

tabernacula. Et scribti in libro aut dubium quin uiuentium. et in pressum
.e. signum uex illi domini ce crucis adq: uictoriae. et testes adhibiti sunt
mastyres et omnis scorum chorus in terra beniamin ubi est dni fostitudo.
Et in circuitu hierusalem in qua est uisio pacis et aeterna securitas in ciuitatib:
iuda in quib: .e. xpi uera confessio. et in ciuitatib: montanis de quib: una est
de qua dicitur. Non potest ciuitas abscondi in monte posita et in ciuitatib:
campestrib: quae hebraice appellantur sephala. ut de profundis atq:
depressis per camporum aequalitatem ad summa gradiamur. et in ciuitatib:
quae ad austrum sunt quod in ageb. lxx transtulerunt ubi est meridies
et plena lux ueritatis. Cum aut haec omnia facta fuerint implebitur
quod scribtum est. Con uestam captiuitatem eorum ait dns de quo
scribtum .e. Ascendens in altum captiuum duxit captiuitatem accepit
siue ut apostolus ait. dedit dona hominib: .

EXPLICIT EXPLANATIONVM

IN HIEREMIA LIB. VI:

HIERONIMI ANDREAE;

FORTVNATIANI: IVLI PRECE

QUESO LECTOR MEMINERIS .